Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deu tuu et custodieris precepta eius
et ceremonias que in hac lege con
scripta sunt. Et reuertaris ad dnm
deum tuum in toto corde tuo & in to
ta anima tua. Mandatum hoc q
ego precipio tibi hodie non supera
re est nec procul positum nec in ce
lo situm ut possis dicere. quis nos
trum in celum valet conscendere ut
deferat illud ad nos ut audiamus
aut opere complemus. Neq; trans
mare positum ut causeris & dicas
quis eu nobis transfretare poterit
mare et illud ad nos usq; deferre
ut possimus audire & facere quod
preceptum est. Sed iuxta te est ser
mo valde in ore tuo et in corde tuo
ut facias illum. Considera quod
hodie proposuerim in conspectu tuo
uitam et bonum e contrario mortem
et malum ut diligas dnm deum
tuum atq; obedias et ambules in
uiis eius & custodias mandata
illius et ceremonias atq; iudicia
et uiuas et multiplicet te. Bene
dicat tibi q; uiuere ad quam ingre
dieris possidendam. Si autem
auersum fuerit cor tuum & audire
noluerit atq; errore deceptus ado
raueris deos alienos & seruieris eis
predico tibi hodie quod peres et
paruo tempore moueris in terra
ad quam iordanem transmisso ingre
dieris possidendam. Testes in uoco
celum & terram hodie quod proposu
erim uitam & mortem. Bene
dictionem et maledictionem. Elege
ergo uitam ut et tu uiuas et se
men tuum et diligas dominum
deum tuum atq; obedias uoci eius
et illi adhereas. Ipse est enim uita
tua et longitudo dierum tuorum
ut habites in terra pro qua iurauit
dominus patribus tuis habraam
ysaac et iacob ut daret eam illis
dicit itaq; XXXI
Abit moyses et locutus est omnia
uerba hec ad uniuersum
israel et dixit ad eos. Centum uigi
ti annorum sum hodie non possum
ultra egredi & ingredi presertim cum
et dominus dixit mihi non transibis
iordanem istum. Dominus ipse
deus tuus transibit ante te. ipse dele
bit omnes gentes has in conspec
tu tuo & possidebis eas. Et iosue
ipse transibit ante te sicut locutus
est dominus. faciet q; dominus
sicut fecit seon & og regibus amor
reorum & terre eorum deleuitq; eos
cum istis & hos tradidit nobis
dominus. similiter faciet eis si
cut precepit nobis dominus. Vi
riliter agite & confortamini nolite timere
nec pauetis a conspectu eorum q;
dominus deus tuus ipse est ductor
tuus et non dimittet nec deseret
te. Vocauitq; moyses iosue & dixit
ad eum coram omni israel. Confor
tare & esto robustus tu enim intro
duces populum istum in terram quam da
turum se iurauit patribus eorum
dominus & tu eam sorte diuides.
et dominus qui ductor uester est ipse
erit tecum. Non dimittet neq;
deseret te. noli timere nec
pauetas. Scripsit itaq; moyses
legem hanc & tradidit eam sac
erdotibus filiis leui qui portabant
arcam federis domini & cunctis